Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

uium et perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus loth. Edebant et bibebant emebant et vendebant. plantabant et edificabant. Qua die autem exiit loth a sodomis: pluit ignem et sulphur de celo et omnes perdidit. Secundum hec erit qua die filius hominis revelabitur.

Ambr. Verum causam diluvii de nostris asserit prodiisse peccatis. quia deus malum non creavit sed nostra sibi merita reperiunt. Non quod coniugia damnentur: vel cibus alimenta damnatur: cum in illis successionis in istis nature subsidia sint. Sed in omnibus modus queritur. Quicquid enim redundaverit: a malo est. Beda. Mistice autem noe archam edificat: cum dominus ecclesiam de vivis fidelibus quasi lignis levigatis adunando construit: quam perfecte consummatam ingreditur: cum hanc in die iudicii presentia sue visionis eternus habitator illustrat. Sed cum archa edificatur: iniqui luxuriantur. cum vero intratur: intereunt: quia qui sanctis hic certantibus insultant: eis illic coronatis eterna damnatione plectentur. Eusebius. Quia vero usus est dominus exemplo diluvii: ne putaret aliquis diluvium futurum ex aqua: inducit secundo exemplum loth. docens modum perditionis ipsorum quod igne dimisso celitus sic veniet ipsius ira dei. Unde subditur. Similiter sicut factum est in diebus loth. edebant et bibebant. emebant et vendebant. plantabant et edificabant. Beda. Preterit nullo illo infando sodomorum scelere: sola ea que levia vel nulla putari poterant delicta commemorat: ut intelligas illicita qua lícet pena feriantur: si licita immoderacius acta igne et sulphure puniuntur. Sequitur enim. Qua die autem exiit loth a sodomis. pluit ignem et sulphur de celo et omnes perdidit. Eusebius. Non prius dixit ignem celitus descendisse super impios sodomorum quam loth exiisset ab eis sicut et diluvium non prius terre incola perdidit: quam noe archam intrasset. quia quamdiu noe vel loth conversabatur cum impiis: deus non irrogabat iram ne una cum peccatoribus deperirent. Volens autem eos perdere iustos subtraxit. sic et in consummatione seculi non prius erit finis quam omnes iusti sint semoti ab impiis. Unde sequitur. Secundum hec erit qua die filius hominis revelabitur. Beda. Quia qui interim non apparens omnia videt: tunc apparens omnia iudicabit. Apparebit autem iudicaturus eo maxime tempore quo cunctos iudiciorum eius oblitos: huic seculo conspexerit esse mancipatos. Theophilus. Postquam enim venerit antichristus: homines fient lascivii dediti enormibus illecebris secundum illud apostoli. Voluptatum amatores magis quam dei. Si enim antichristus est et libere peccati habitaculum: quid aliud inseret misero tunc generi hominum nisi sua? Et hoc dominus innuit per exempla predicta diluvii et sodomitarum. Beda. Mistice autem loth qui interpretatur declinans: est populus electorum qui dum in sodomis id est inter reprobos ut advena moratur: quantum valet eorum scelera declinat. Exeunte autem loth sodoma perit: quia in consummatione seculi exibunt angeli et separabunt